Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Rideo merces alio petitas.
Sole. rostratis cupide carinis
Et per ignoti sinuosa vectas
Littora ponti.
Rideo thermas. celebres ⁊ arcus
Porticus. spectacla. natationes
Litreos orbes. nuecoqz ductas
Marmore villas
Rideo lusus. hilaresqz mensas
Et puellarum fragilem decorem
Plectra. concentus. coreas. rosarum
Sutile textum
Rideo luxum babyloniorum
Indie regum. Sybariticos. et
Persicos miror nihil apparatus
Deliciasqz.
Rideo lauti patinas Apici
Prandia Antoni. simul et vitelli
Prodigos mores. epulasqz Martis
Pontificumqz.
Mutat ⁊ carpit malefida sors hec
Gaudia ⁊ quedam minuit senectus
Integer sanguis. bona forma. cedunt
Omnia morti
Sola non languet studiosa virtus
Omnibus gemmis. opibusqz maior
Uiuit. ⁊ nunq̃ decus exolescit
Artis honeste.

¶ Tetrastychon bap. mã. de formoso ⁊ studioso
Juncta venustati probitas iuuenilis in auro
Candida purpureis lilia mixta rosis
Additus in calatho violis amaranthus eburno
Et cum purpureo medica mala croco.

¶ Et tantũ de Aristotelis ⁊ aliorũ quorundã Phorũ autoritatibus cum alijs plerisqz in hoc opusculo cõtentis Impressum est in publica Calchographia Liberorum bone memorie Henrici Quentel. Anno redemptionis quarto supra Millesimum quingentesimũ in professo Laurentij martyris.